



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 96. Muliercula quædam a Rege de valetudine sua in consilium adhibita

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

bat, quod Ferdinandus regno ad dies vitae Saccul. XVI.
potiretur, denique etiam Archiduci o-
pem ferre spondebat: igitur foedus utrin-
que firmatum est. Ast Rex Catholicus
re comperta testamentum condidit, quo
Ferdinandum Nepotem suum Monarchiæ
Castellanæ necnon Navarræ & Arrago-
niæ Regnum, quæ eidem adjunctæ
fuere, hæredem dixit, perinde acsi libe-
ram de iis disponendi facultatem habuis-
set, excluso Carolo natu majori, quem
Belgio ac maternæ Aviæ suæ successio-
ne auctum aliunde sat potentem esse af-
firmabat: Cum autem exequendis hisce
Ferdinandi consiliis unice obstaret Cer-
vius, Rex nil intentatum reliquit, ut hunc
submoveret; ast omnes ejus conatus in
irritum calebant, nequicquam adhibitis
etiam Henrici VIII. Angliæ Regis solli-
citationibus, qui misso ad Archiducem
Legato eundem, ut Cervium abire jube-
ret, toto studio urgebat.

§. XCVI.

*Muliercula quædam a Rege de va-
letudine sua in consilium
adhibita.*

Interea cum tam morbi vis, quam cu- Petr. de
rarum inquietudo ac animi perturba- Angl. l. 15.
tiones indies crescerent, Rex vix non cum ep. 485.
morte luctabatur, nihilominus, cum po-

Sæcul. XVI. tius æternæ salutis suæ negotiis minime
A.C. 1516. deesse debuisset, de sanitate sua anxius
 ex quadam Hispana muliercula, quæ
 vulgo *Beata de Albucella* vocabatur, resi-
 dum vitæ suæ cursum explorari jussit.
 Hæc doctissimos etiam Viros decipere
 solita, ex Regis confidentia magnam sibi
 conciliari famam arbitrabatur, unde ve-
 lut divino spiritu afflata eidem non mo-
 do longævos vitæ dies, sed & uberrimos
 victoriarum fructus præsagiebat. Aet
 Dei providentia ementita *Beatae vatici-*
nia pudore suffudit.

Ferdinandus enim Madrigalegio, quæ
 domus erat prope castra Julia ad jucun-
 ditatem constructa, reversurus, tam ve-
 hementi morbi accessione opprimebatur,
 ut Medici eidem haud dubitanter expo-
 nerent, de ejus salute conclamatum esse.

§. XCVII.

*Rescissio priori testamento Carolus
 hæres scriptus.*

Ferdinandus accepto mortis nuncio te-
 stamenti tabulas, quarum nuper me-
 minimus, rescidit; Laurentius enim Ga-
 liadez de Cervajalo Doctor, Zapata Li-
 centiatus, Franciscus de Vargas ærarii
 Præfectus, omnes tres Regii Senatus
 præcipui viri prius, quod Rex considerat,
 testamentum tam validis impugnabant
 argu-